



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 65. Ejusdem opinio de Eucharistia in hoc libro contenta

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

negant. Hucusque septem dari Sacra-
 menta affirmabam, nunc *tria tantum pro*
tempore dono, Baptismum, Pœnitentiam,
 & *Panem.* Denique summa arrogantia
 in Romanam Ecclesiam, a qua primum
 damnatus erat, apertis furiis tumultua-
 batur, atque inter dogmata, cujus fun-
 damenta subvertere tentabat, præprimis
Transubstantiationis articulum impugnabat.

§. LXV.

Lutheri opinio de Eucharistia.

Agitabat quoque Lutherum cunctis
 contradicendi libido, ut etiam realem
 Christi Domini præsentiam in Evchari-
 stia negaret; idque satis aperte declara-
 bat in quadam ad Argentinenses episto-
 la, in qua hæc scribit, gratissimum pro-
 fus mihi accidisset, si opportuna mihi ob-
 venisset occasio hanc quoque sacramen-
 talem præsentiam inficiandi; nil enim
 aptius meum Papatui nocendi proposi-
 tum juvisset. Attamen nimium eviden-
 ter convictus erat de illius veritate per
 ipsam vim, ac perspicuum horum ver-
 borum sensum: *Hoc est Corpus meum,*
Hic est Sanguis meus: hoc corpus tradetur
pro vobis; hic sanguis novi testamenti: hic
sanguis effundetur pro vobis in remissionem
peccatorum. His verbis convictus nun-
 quam Lutherus sibi persuasum reddere
 poterat, quod Christus Sacramenti sui

Sæcul. XVI.

A.C. 1520.

*Epist. ad Ar-**gentin. t. 7.**fol. 501.**Inter opera**Luth. l. de**capt. Bab. t.**2. fol. 60.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1520.

*Resp. ad Ar-
gent. artic.
extract. ib.
p. 172.*

institutionem studiose obscurare voluerit, ac verba tam plana ad figuras adeo contortas atque alium ad sensum detorque- re, quam quem omnes Christiani tam Orientalis quam Occidentalis Ecclesiæ populi suapte natura inditum receperunt, nec unquam ab hujus traditionis Religio- ne aut sublimitate mysterii, aut Beren- garii, vel Wiclefi argutiis averti pote- rant: Lutherus tamen quicquam de suo addere voluit, asserens, quod sextum S. Joannis caput nonnisi de spiritali man- ducatione Christi intelligendum foret, ac ipse panem, & vinum in Evcharistia re- manere, partim cum Wiclefo crederet, partim vero cum sophistis (ita Theologos Catholicos conviciabatur) teneret, ve- rum Christi corpus, verumque ejus san- guinem eo modo in illis contineri, quo ignis in ferro candenti sese metallo insi- nuat, adeo, ut sicut quædam talis ferri particula ignis est simulque ferrum, ita etiam quævis minima panis & vini pars junctim sit vinum & panis, ac corpus & sanguis Christi. Nonnunquam etiam ad- debat Lutherus, corpus ita esse in pane, & sub pane, prout vinum existit in & sub dolio. Nihilominus assererat, quod tam *transubstantiationis*, quam *consubstan- tiationis* opinionem promiscue admitteret, ac duntaxat hac in re dubium seu scrupulum tolleret; in alio autem libro, cum ei-

eidem, quod panem in Eucharistia remanere docuisset, objiceretur, id minime negabat, affirmans tamen: „ Nunquam alteram damnavi opinionem, dixi solum, eam non esse fidei articulum. „ Ast brevi in pejora prolabatur, ut mox percipiemus.

Sæcul. XVI.
A.C. 1520.

§. LXVI.

Lutheri opinio de Missa, aliisque Sacramentis.

Ceterum Lutherus de S. Missæ Sacrificio agens calumniatur: coepisse hoc Sacramentum adeo divinum, fieri turpe monopolium, eoquod ad sustentandos Sacerdotes & Monachos ordinatum esset: fatetur tamen, quod res oppido ardua esset, usum plurimum sæculorum religione in Ecclesia stabilitum evertere, nihilominus, inquit, audendum est aliquid, rescandæ sunt orationes, ac Missæ ritus, sola Christi Domini hoc Sacrificium instituentis verba servantur, bonæ quidem, quæ ibi fiunt, sunt orationes, sed Sacramento minus congruæ, nam elevatio sapit quasdam de Judæorum ritibus reliquias, qui holocausta sua, quæ Domino offerebant, elevarunt; optarem quoque Missam dici in lingua vulgari, dein Baptismum impetit, ac hunc totum a sola in Christi promissionem fide, cujus Baptismus exterior non nisi signum est,

*De captiv.
Babyl. t. 2.
fol. 86.*